

QUELLEN

ZUR

GESCHICHTE DES RÖMISCH-KANONISCHEN PROZESSES IM MITTELALTER.

HERAUSGEGEBEN

VON

DR. LUDWIG WAHRMUND

IV. BAND. DOPPELHEFT I—II.

- I. HEFT. »EXCERPTA LEGUM EDITA A BULGARINO CAUSIDICO«.
II. HEFT. DIE SUMMA »QUICUMQUE VULT« DES JOHANNES BASSIANUS

Neudruck der Ausgabe 1925



1962

SCIENTIA VERLAG AALEN

EXCERPTA LEGUM

EDITA A BULGARINO CAUSIDICO

DIE SUMMA "QUICUMQUE VULT" DES JOHANNES BASSIANUS

HERAUSGEGEBEN

VON

DR. LUDWIG WAHRMUND

Neudruck der Ausgabe 1925



1962

SCIENTIA VERLAG AALEN

nicht ganz leicht. Da aber die „*Summa de arbitris*“ der Pariser Handschrift nach allem oben Gesagten von vorneherein abzulehnen war und mir auch die „*Summa de iudiciis*“ Wunderlich's mißfiel, zumal ich überzeugt bin, daß Bulgarus selbst seine Urschrift, der später jene »*Summa de iudiciis*« entlehnt wurde, niemals so genannt hat, blieb mir nichts übrig, als die einzige zeitgenössische Bezeichnung, welche sich erhalten hat, aus dem Cod. Vaticanus in meine Quellensammlung zu übernehmen

Excerpta legum edita a Bulgarino causidico ¹⁾.

Karissimo amico et ²⁾ domino A. dei gratia sanctae Romanae ecclesiae cancellario B. in Christo salutem et eorum, quae iuris ³⁾ sunt archana, participem. Vestrae serenitatis apices ad nos denique a vobis missos ⁴⁾ servili affectione suscepimus. Proinde materiam ministratam ⁵⁾, licet nimis arduam, domino favente feliciter prosequimur ⁶⁾.

§ Arbitrum ⁷⁾ itaque ⁸⁾ eum dicimus, cui proprio consensu compromittentes actor ⁹⁾ et reus partes iudicis ¹⁰⁾ committunt.

§ Iudex vero est, qui iurisdictioni praees, ut praetor, praeses, praefectus urbis, et qui ab his delegatus est ¹¹⁾, quibus haec ¹²⁾ communia ¹³⁾ sunt. Uterque propositis sacrosanctis evangeliiis circumspicte ¹⁴⁾ causam examinat. Jusiurandum de calumpnia actoris ¹⁵⁾ et rei fieri properat ¹⁶⁾, videlicet ne per calumpniam intendatur neve calumpniose ¹⁷⁾ contradicatur. Ad dirimendas lites et terminandas causas sine sorde et fraude laborat, nunc absolvendo, nunc condempnando. Condempnato ex regulari iure quadrimestre tempus indulget ¹⁸⁾. Nam pro qualitate causae et obsequio sive contumacia ¹⁹⁾ personae non nunquam tempus prorogat, non ²⁰⁾ nunquam coartat ²¹⁾. Propria singulorum haec sunt. Arbitrum privati eligunt, iudicem dat potestas publica aut ²²⁾ princeps et qui sub eo militat ²³⁾. In

¹⁾ P. Incipit summa de arbitris ... a domino B. promulgata. ²⁾ P. ac
³⁾ P. sui iuris. ⁴⁾ P. Vestrae serenitatis nuntios nobis denique missos. ⁵⁾ P.
 inusitatam. ⁶⁾ Ed. om. Karissimo — prosequimur. Inc. rubr. Placentini de
 Iudiciis et de traditione eorum, quae in quovis iudicio aestimantur. Liber Ter-
 tius. — De arbitris et iudicibus, et quae sit differentia inter eos. Titulus 1.
⁷⁾ P. Arbitrium. ⁸⁾ Ed. om. itaque. ⁹⁾ P. seq. scilicet. — V. auctor. — Ed.
 scilicet actor. ¹⁰⁾ V. om. iudicis. — Ed. in partes. ¹¹⁾ V. om. est. ¹²⁾ Ed.
 quibus videlicet. ¹³⁾ P. omnia. ¹⁴⁾ P. circumscripte. — V. circa se. ¹⁵⁾ P.
 et actoris. — V. auctoris. ¹⁶⁾ P. debeat. ¹⁷⁾ P. neve per calumpniam a se.
¹⁸⁾ P. indulgentio. ¹⁹⁾ P. et continentia. ²⁰⁾ P. et ideo. ²¹⁾ V. cohartat.
²²⁾ P. ut. ²³⁾ Ed. militat.

hunc¹⁾ compromittitur²⁾ pena invicem promissa³⁾, ut per quem factum fuerit⁴⁾, quominus sententiae sit paritum⁵⁾, ille exigat⁶⁾ penam vel deponatur⁷⁾ apud eum res, de quibus⁸⁾ est controversia, ut victori praestentur⁹⁾, aut res aliae loco pignoris¹⁰⁾ apud eum collocantur¹¹⁾, ut sententiae satisfiat, aut per stipulationem hinc inde¹²⁾ promittitur¹³⁾ stari sententiae. Verum iudex neque in se compromitti patitur nec pignorari¹⁴⁾ vel deponi apud se compelli¹⁵⁾, sed nec sententiae stari promitti, sed tantum iudicio sisti. Hujus sententia non parit actionem vel exceptionem regulariter, illius utrumque¹⁶⁾. Huius decretum non infamat¹⁷⁾, illius infamiam interdum irrogat. Amplius arbiter cum religione eligi non debet nec iurare¹⁸⁾. Sed si iuraverat¹⁹⁾ et contra ius sententiam dixerit sponte²⁰⁾, deo rationem daturus est²¹⁾. Si per imprudenciam²²⁾, hoc partibus non²³⁾ nocebit. Iudex jurat, cum veritate et legum observatione se iudicaturum in singulis, sicut visum justum fuerit. Arbiter non interponit se in causa²⁴⁾ criminali et liberali; iudex de utraque cognoscit²⁵⁾. Hujus sententia minus appellatione²⁶⁾ suspenditur. Illius decretum iusta provocatione rescinditur. Arbitri sententiae, et si sit iniqua²⁷⁾, stabitur. Iudicis, si sit iniqua, appellatione facta mutabitur. Haec de arbitro et iudice deque eorum communionem et²⁸⁾ differentia deve eorum officiis succincte dicta sufficiant²⁹⁾.

§ Advocati sunt, qui³⁰⁾ et patroni³¹⁾ dicuntur, qui ingrediuntur³²⁾ iudicium utrique parti suum praestantes auxilium, quorum est officium, causas perorare, quousque voluerint. Ne tamen ad turpe compendium³³⁾ stipemque deformem³⁴⁾ haec arripiatur occasio, sed laudis per eam³⁵⁾ argumenta quaerantur, agere³⁶⁾ debent, quod causa desiderat, ab iniuria temperare,

1) P. In arbitrum. 2) Ed. compromittunt; om. seq. pena. 3) P. V. om. promissa. 4) V. erit. 5) V. partium. 6) P. exigant in. 7) Ed. deponitur. 8) Ed. de qua. 9) Ed. et ita actori praestetur. 10) Ed. alio loco pignori. 11) P. collocantur. 12) P. hinc et inde. 13) V. promittuntur. 14) Ed. pignora dari. 15) Ed. P. compellit. 16) P. utroque. 17) Ed. om. illius utrumque — infamat. 18) P. Amplius arbiter iurisiurandi cum religione eligi non debet. 19) P. Si male. — Ed. Sed si male. 20) V. om. sponte. 21) P. deo redditurus est rationem. — Ed. de eo redditurus est rationem. 22) P. prudentiam. 23) Ed. om. non. Sic etiam Wunderlich. 24) V. se causae. 25) P. in utraque. — P. V. om. cognoscit. 26) V. Huius appellatione minus sententia. 27) V. Arbitri et si sit sententia iniqua. — Ed. Arbitro et si sit iniqua sententia. 28) P. ac. 29) Ed. seq. rubr. De advocatis. Titulus 2. 30) V. qui sunt. 31) Ed. Patroni caussarum. 32) V. ingredientes; om. qui. 33) P. text. corr. (ad turpem dium). 34) V. denormem. 35) V. ea. 36) P. quaerantur. Agere.

ratione¹⁾ tractare²⁾. Alioquin labem pudoris contrahunt. Sed nec de industria jurgium contrahere³⁾ debent. Praeterea post litem contestatam religione iurisiurandi artandi sunt, quod omni⁴⁾ virtute sua omnique ope, quod iustum et verum extimaverint, id⁵⁾ suo litigatori procurent inferre, nichil⁶⁾, quod sibi possibile est, de industria relinquentes. Si quid tamen omiserint, iudex sollertia sua supplebit. Quorum error litigatoribus non nocebit, si⁷⁾ ex continenti, id est triduo proximo, contradixerint. Iudici sic credi debet, ut, qui ei non obtemperaverit, iussus exhibere vel restituere, quanti ea res est, condempnetur. Pro veritate res iudicata accipitur. Si tamen ex falso instrumento vel testimonio, cujus fides⁸⁾ in dubium revocatur⁹⁾ tempore iudicii, fuerit iudicatum¹⁰⁾, sententia retractatur, si testimonium vel charta falsa¹¹⁾ probatur¹²⁾.

§ Actor¹³⁾ est, qui persequitur¹⁴⁾ aliquid principaliter dicens¹⁵⁾, rem suam esse vel personam obligatam¹⁶⁾ ad aliquid dandum vel faciendum. Sed et reus, si intentione adversarii fundata exceptionem opponit¹⁷⁾, ut condemnationem effugiat, actor¹⁸⁾ intelligitur. Agere enim is videtur, qui exceptione utitur¹⁹⁾.

§ Reus est²⁰⁾, adversus quem contenditur²¹⁾, quia²²⁾ aut²³⁾ possidere vel debere dicatur. Ad probationem actoris pertinet²⁴⁾, si obtinere velit²⁵⁾, ut²⁶⁾ id, quod intendit²⁷⁾, probet. Actore enim non probante, qui convenitur, etsi nichil praestiterit, obtineat, quia rei favorabiliores sunt quam actores²⁸⁾. His aequipollenter dicitur: iura promptiora²⁹⁾ sunt ad absolvendum quam ad condempnandum. Cumque³⁰⁾ reus in exceptione actor³¹⁾ est, ipsum, quod³²⁾ excipit, probare debet³³⁾. Sane uno³⁴⁾ casu

1) P. ratione non probris. 2) Ed. temperare, neque protractu non affuturi caussis aliquid accipere. 3) P. Ed. protrahere. 4) Ed. quod enim. 5) V. ad. 6) V. et nichil. 7) V. sed. 8) V. confidens. 9) Ed. non revocatur. 10) V. revocatum. 11) Ed. certa causa. 12) P. probetur. — Ed. seq. ut ff. de var. et extraord. cog. l. I, § Advocatos (D. L. 13, 1 § 11), C. de advoc. diver. iudi. (C. II. 8) et C. de iudi. l. Rem non novam, § patroni (Nov. XV, c. 1 § 1 ad C. III. 1. 14). Inde seq. rubr. De Actore. Titulus 3. 13) V. Auctor. 14) Ed. prosequitur. 15) V. om. dicens. 16) P. sibi obligatam. 17) P. opponat. — V. om. opponit. 18) V. auctor. 19) Ed. seq. ut ff. de except. l. I. (D. XLIV. 1. 1). Inde seq. rubr. De Reo. Titulus 4. 20) P. est is. 21) P. intenditur. 22) V. qui. 23) P. om. aut. — Ed. si. 24) P. Ad probationem acto compellendus est. — V. Ad probationem auctor est. 25) Ed. si victoria potiri velit. 26) P. om. ut. 27) P. intendat. 28) V. auctores. 29) P. procliviora. 30) Ed. eoque. 31) V. auctor. 32) P. quia. 33) Ed. seq. ut ff. de probat. l. in exceptionibus (D. XX. 3. 19) et ff. de except. l. I (D. XLIV. 1. 1). 34) P. in uno

qui¹⁾ excipit non probabit. Qui enim spe futurae²⁾ numerationis stipulatione vel cyrographo se obligavit, si conveniatur, exceptionem non numeratae pecuniae infra biennium iuste opponet, nec eionus probationis incumbet³⁾. Illa forsant ratione, quia negantis factum per rerum naturam nulla probatio est⁴⁾. Ceterum quae de actione probanda dicta sunt⁵⁾, eadem de replicatione probanda⁶⁾ (dicenda putamus. Eademque⁷⁾ censura est⁸⁾ de exceptione et duplicatione⁹⁾. Namque sicut actio¹⁰⁾ et replicatio actorem¹¹⁾ adjuvant¹²⁾, sic reum exceptio et duplicatio sublevant¹³⁾. Ideoque¹⁴⁾ ab eo probatur, quia aequum est, in eo probando quemque gravari, quo probato videtur sublevari, quod¹⁵⁾ ad probationem¹⁶⁾ res¹⁷⁾ immobilis a mobili seseque¹⁸⁾ moventi non secernitur¹⁹⁾.

§ Accusare omnibus permissum est, his exceptis. Propter sexum prohibetur mulier, propter aetatem pupillus, propter sacramentum militare qui stipendium²⁰⁾ meret, id est miles²¹⁾, propter magistratum, ut consul et²²⁾ praetor, propter delictum, ut infames²³⁾, propter turpem quaestum, ut hi, qui nummos ob²⁴⁾ accusandum vel non accusandum²⁵⁾ acceperint, propter conditionem, ut liberti contra patronos, propter suspicionem calumpniae, ut qui²⁶⁾ falsum testimonium subornati²⁷⁾ dixerunt. Ratione paupertatis, ut hii, qui minus habent L²⁸⁾ aureis. At tamen non excluduntur, si suam iniuriam mortemve²⁹⁾ propinquorum defendant vel exequantur. Sed et³⁰⁾ hii, qui iudicio publico³¹⁾ dampnati sunt³²⁾, quive cum bestiis depugnandi causa³³⁾ in arenam intromissi sunt, quive artem ludicram vel lenocinium fecerint³⁴⁾. Sed et filii contra matrem ius accusandi non habent, nec minus³⁵⁾ frater magnum et capitale

1) P. quod. 2) Ed. om. futurae. 3) P. Ed. imminet. 4) Ed. seq. ut C. de non num. pec. l. Si ex cautione (C. IV. 30. 3) et C. de probat. l. Actor, in fin. (C. IV. 19. 23). 5) Ed. quaecumque de actore dicta sunt esse probanda. 6) P. de reprobatione; om. probanda. 7) Ed. Eadem quoque. 8) P. om. est. 9) Ed. replicatione. 10) Ed. haec actio. 11) V. auctorum. 12) P. adjuvat. — Ed. iuvant. 13) P. sic reus exceptione et duplicatione sublevatur. — Ed. seq. ut ff. de except. l. II (D. XLIV. 1. 2). 14) Ed. Jam. 15) P. et quidem. 16) Ed. probationes. 17) Ed. rei. 18) V. mobilis ab immobili sese. 19) Ed. seq. rubr. De Accusationibus. Titulus 5. 20) V. stipendia. 21) P. qui meretur stipendium miles. 22) P. om. et. 23) P. infamis. 24) Ed. ad. 25) Ed. om. vel non accusandum. 26) P. hii, qui. 27) P. subornatum. 28) Ed. quinquaginta. 29) V. mortemque. 30) V. Ed. om. et. 31) V. om. publico. 32) P. om. dampnati sunt. 33) P. pugnandi causa cum bestiis. 34) P. exercent. — Ed. seq. ut ff. eod. l. Qui accusare, cum tribus ll. sequentibus et l. Qui in iudicio publico (D. XLVIII. 2. 4, 8—11). 35) P. om. minus. — Ed. vel minus.

crimen intendet¹⁾ contra fratrem. Qui duos accusavit, tertium accusare non potest²⁾. Similiter vocem familiaris et servi oportet potius intercidi³⁾ quam audiri adversus eum, cujus familiaritati vel dominio inhaesit⁴⁾, excepto crimine majestatis. Item artioris⁵⁾ annonae populi Romani et falsae monetae necnon et falsi. Quod si suppresserit⁶⁾ dominus testamentum⁷⁾, in quo⁸⁾ relictam sibi libertatem servus⁹⁾ asseverat. Aliquando non¹⁰⁾ prorsus interdicatur¹¹⁾ accusatio, sed suspenditur nomenque rei, id est accusati, aboletur. Ex integro tamen reum¹²⁾ repetendi potestas fiat, ut si¹³⁾ non fiat inscriptio et alia, quibus opus est¹⁴⁾. In inscriptione¹⁵⁾ enim oportet esse nomen accusantis et accusati, nomen criminis et legis et, consulis, sed¹⁶⁾ et eius nomen, cum¹⁷⁾ quo commissum est scelus, et tempus, id est mensis, quo factum est, et locus, ubi¹⁸⁾; sed neque diem neque horam invitus comprehendet. Inscriptionis enim conceptio talis¹⁹⁾ in legibus invenitur: *Titius professus est, se Maeviam lege Julia de adulteriis ream deferre, quod dicit, eam cum Gajo Sejo in civitate illa, domo illius²⁰⁾, mense²¹⁾ illo, consulibus illis adulterium commisisse²²⁾.*

§ Testium ratio talis est²³⁾. Ad testimonium cogi²⁴⁾ possumus per iudicem et improbe versantes absque²⁵⁾ praescriptione fori coherceri²⁶⁾. Aliquando²⁷⁾ excusamur²⁸⁾, sive in omnibus causis, ut senes valitudinarii²⁹⁾, sive in aliquibus, veluti in publico crimine. Contra cognatum³⁰⁾ admittimur volentes³¹⁾. Et quandoque excusamur et quandoque cogi possumus inviti³²⁾. Interdum inviti excusamur et volentes³³⁾ repellimur, ut liberi contra parentes et econverso. Testium quidam iudicis officio, quidam exceptione³⁴⁾ removentur. Iudicis³⁵⁾ officio propter

1) V. intenderet. — Ed. intendit. 2) Ed. seq. ut C. eod. l. cum rationibus (C. IX. 1. 16). 3) P. intendi. 4) P. adhaeserit. — Ed. inhaeserit. 5) P. arcionis. — Ed. arctioris. 6) Ed. consumpserit. 7) V. testimonium. 8) P. inde. 9) P. om. servus. 10) P. vero. 11) V. intercitur. 12) P. reo. 13) V. etsi. 14) Ed. seq. rubr. De inscriptionibus. Titulus 6. 15) V. inscriptioni. — P. V. om. In. 16) P. om. sed. 17) Ed. a quo. 18) P. scilicet ubi. 19) Ed. talibus. 20) P. illa. 21) V. in mense. — Ed. me, se, illo (sic!). 22) Ed. seq. ut ff. eod. l. Si cui (D. XLVIII. 2. 7) et C. eod. l. In causis criminalibus (C. IX. 2. 16). Inde seq. rubr. De Testibus. Titulus 7. 23) Ed. Testium vero talis est ratio. 24) P. Ed. compelli. 25) Ed. a. 26) P. om. coherceri. 27) P. Quandoque. 28) V. excusamus. 29) Ed. seq. ut ff. eod. l. Invoiti (D. XXII. 5. 8). 30) V. cognatos; om. Contra; seq. admittimus. 31) Ed. seq. ut ff. eod. l. lege Julia (D. XXII. 5. 4). 32) Ed. om. inviti; seq. ut ff. de tab. ex. l. locum § Exhibere (D. XLIII. 5. 3 § 9) et quemad. test. aper. l. Cum ab initio (D. XXIX. 3. 4). 33) V. om. Et quandoque — volentes; seq. repellimus. 34) V. ex tempore. 35) V. Iudex.

dicendi suspicionem; exceptione¹⁾, veluti qui²⁾ dampnati sunt de carmine³⁾ famoso, quos leges jubent esse improbos et intestabiles⁴⁾. In testibus fides, dignitas, mores, gravitas examinanda est⁵⁾. Inprimis conditio, utrum decurio an plebeius sit, an honestae vitae an reprehensibilis, an locuplex aut⁶⁾ egenus, utrum amicus eius, pro quo⁷⁾, an inimicus eius, contra quem⁸⁾ testimonium fert; utrumne unum et praemeditatum sermonem sunt visi dicere⁹⁾. Postremo rescriptum est, iudicem non uti(que)¹⁰⁾ ad certam probationis speciem, sed ex sententia animi (sui)¹¹⁾ allegari oportere, quid aut credat aut probari¹²⁾ sibi opinetur¹³⁾. Sunt casus, in quibus¹⁴⁾ quilibet testes admittuntur, ut arena-rius¹⁵⁾, dampnatus de carmine famoso¹⁶⁾, non tamen sine tormentis¹⁷⁾, veluti de crimine de falsa moneta¹⁸⁾; ad testimonium in iudicio adulterii admittitur praetor non in ea causa iudex¹⁹⁾. Nam si iudicaturus²⁰⁾ est, non admittitur, quemadmodum nec patronus, id est advocatus.

§ Iudicium est²¹⁾ actus ad minus trium personarum, actoris²²⁾ intendentis, rei²³⁾ intentionem evitantis, iudicis in medio cognoscentis. Quod ut²⁴⁾ iuris²⁵⁾ sortiatur effectum, spectatur forma iudicii et potestas²⁶⁾ in instituendo²⁷⁾ et terminando. In institutione intuemur personas, rem, simul utrumque. Iudex est, qui neque nature remouetur, ut mutus, neque iure, ut infamis²⁸⁾, qui licet arbiter esse potest²⁹⁾, tamen iudex iure³⁰⁾ esse non

1) Ed. *exceptis*. 2) V. *qui cum*; om. *dampnati sunt*. 3) P. Ed. *crimine*. 4) Ed. seq. *ut ff. eod. l. Ob carmen famosum* (D. XXII. 5. 21). 5) V. *sunt*. 6) P. *an*. 7) P. *de quo*. 8) P. *in quem*. 9) P. *omnes visi sunt dicere*. — P. Ed. seq. *an non*. — Ed. inde seq. *ut ff. eod. l. Testium, § Ideoque* (D. XXII. 5. 3 § 1). 10) V. *uti*. — P. *utique*. 11) V. *om. sui*. 12) P. *parum probatum*. 13) Haec procul dubio antiquissima vel genuina textus conceptio, in quam V. et P. — paucis levibusque variantibus exceptis — consentiunt, tractu temporum posteriorum explanationis seu emendationis studio in sequentem, Digesti verbis congruentem transformata esse videtur, quam Ed. et secundum eam etiam Wunderlich praebent: *Postremo rescriptum extat, iudicem non utique ad certam probationis speciem cognitionem statim alligari debere, sed ex sententia animi sui aestimare oportere, quid aut cui credat aut parum probatum sibi opinetur, ut ff. eod. l. Testium, § Eiusdem* (D. XXII. 5. 3 § 2). 14) P. *om. quibus*. 15) Ed. seq. *vel similis persona*; om. *dampnatus*. 16) P. *crimine famoso*. 17) Ed. seq. *ut ff. eod. l. Ob carmen famosum, § ult.* (D. XXII. 5. 21 § 3). 18) Ed. *Cum in crimine de falsa moneta*. — P. *in crimine falsae monetae*. 19) P. *sed non in eadem causa iudex*. — Ed. *Precor non mea causa iudex* (sic!). 20) V. *iudicatus*. — Ed. *Jam si adiudicaturus*. 21) P. Ed. *accipitur*. 22) V. *auctoris*. 23) P. text. corr. (*intentionis intendentis res*). 24) Ed. *Quod vero*. — V. *qui ut*. 25) P. *verius*. 26) P. text. corr. (*spectatur forma iudicis ius et potestas forma in instituendo etc.*) 27) Ed. *statuendo*. 28) V. *infans*. 29) P. *possit*. — Ed. *poterit*. 30) P. *om. iure*.

potest¹⁾. Judicare nequeunt aliqui natura, ut infantes, aliqui iure, ut servi.

§ Pedaneus²⁾ principaliter liberalem causam non cognoscit, licet incidenter examinet, non³⁾ de ea, sed de principali⁴⁾ pronuntiando, cuius victoria ad⁵⁾ libertatem extenditur. Similiter, si is agit vel actionem suscipit, qui legitimam administrationem non habeat, nullum est iudicium, cum per procuratorem falsum⁶⁾ nec dici controversiae solent nec potest esse iudicium. In terminando illa forma est: Actor, ut vincat⁷⁾, intentat actionem, intentatam probabit⁸⁾. Simili modo reus negabit, excipiet, probabit⁹⁾. Iudex examinat, partes saepius interrogat¹⁰⁾, postea pronuntiat¹¹⁾, servato biennio in criminalibus, triennio in pecuniariis causis, sedens, scribens, de scripto partibus recitans, executioni quod iudicatum¹²⁾ est mandans. Vis et potestas est¹³⁾ ex contestatione et pronuntiatione. Contestatione¹⁴⁾ res novatur, non ut decedat aliquid, sed¹⁵⁾ accedat, cum temporalis actio perpetuatur, non transitoria¹⁶⁾ in heredes transeat, non usuraria¹⁷⁾ usuraria fiat¹⁸⁾. Pronuntiatione quoque novatur¹⁹⁾ res, non ipso iure, sed exceptione perpetua, si reus obtineat, cum etiam actionem pariat, si actor vincat. Ubi ergo haec²⁰⁾ absunt, quae abesse oportet, et adsunt, quae adesse oportet²¹⁾, hoc et iudicii²²⁾ et sententiae nomine²³⁾ censi merito potest²⁴⁾.

§ Appellatio sive provocatio est ad majorem²⁵⁾ iudicem contra sententiam facta²⁶⁾ vocatio et proclamatio. Appellare licet non tantum victo²⁷⁾, sed etiam alii, cuius interest, ut venditori victo²⁸⁾ emptore, domino victo²⁹⁾ procuratore. Tunc autem appellatur, cum contra aequitatem vel contra³⁰⁾ ius litigatoris,

1) Ed. *poterit*. 2) V. *Pedaneus*. 3) Ed. *nec*. 4) Ed. seq. *caussa*. 5) P. *et ad*. — Ed. *pronuntiando, ut C. de pedan. iudic. l. II* (C. III. 3. 2). *Cuius victoriam et ad libertatem extendimus*. 6) P. *om. falsum*. — Ed. *tamen est procurator falsus, nec dici etc.* 7) V. *veniat*. 8) P. *probet*. 9) V. *om. excipiet, probabit*. 10) Ed. seq. *ut ff. de interrog. act. l. penult.* (D. XI. 1. 21). 11) P. *examinet ... interrogat ... pronuntiet*. 12) P. *iudicatum*. 13) V. *om. est*. 14) Ed. *Contestatur*. 15) P. Ed. *sed ut*. 16) Ed. *transitura*. 17) Ed. *om. non usuraria*. 18) P. text. corr. (*non transit ita in heredes, ut, si transeat, usuraria fiat, quod ante non fuerat*). 19) V. *correct. ex innovatur*. — P. *renovatur*. 20) Ed. *om. haec*. 21) P. *om. et adsunt -- oportet*. 22) V. *iudicio*. 23) P. *iudicii nomine et iure* (sic!) *nomine*. 24) Inde discrepat textus codd. P. et V. ab Edd. Mogunt. 1530, 1536; Venetiis 1582, Francofurti 1609 ceterisque supra allegatis, in quibus omnibus nunc sequitur: *De diligentia et culpa, quae veniant in unaquaque actione. Titulus 9. (Inc. Cum secundum diversitatem actionum etc.)* 25) P. *ad minorem*; om. *est*. 26) P. *factam*. — Interpolatio Editionis Wunderlich „a minore“ *factam* in Codibus mss. non habetur. 27) P. *vincto*. 28) P. *vincto*. 29) P. *vincto*. 30) P. *om. contra*.

non contra constitutionem¹⁾, sententia fuerit lata. Contra ius constitutionis²⁾ fertur sententia, ut si sit iudicatum, minorem XIII annis posse testari vel³⁾ ratione⁴⁾ liberorum vel paupertatis et similibus non posse quem⁵⁾ a tutela vel cura excusari. Et tunc non est opus appellatione. Contra ius litigatoris sic pronuntiat⁶⁾, si te non⁷⁾ admiserit iudex probantem minorem aetatem vel numerum liberorum, sed contra te sententiam dixit, quia negavit, te probasse de aetate vel⁸⁾ liberis. Hoc casu appellatio necessaria est et ipso quidem die⁹⁾, quo¹⁰⁾ sententia profertur¹¹⁾, satis est, viva¹²⁾ voce appellare. Alioquin ad libellos appellationis dandos praefinitum est¹³⁾ tempus X dierum. Facta autem appellatione omnia in suo statu esse debent, donec superior iudex sententiam approbet vel corrigat. Sicut autem non est opus appellatione, si sit contra ius data sententia¹⁴⁾, sic si venali¹⁵⁾ mercede sententiam proferat. Aliquando non eius momenti causa est, ut appellatio debeat admitti, ut de possessione¹⁶⁾ momentaria.

§ Consultatio est illa causa, in qua disquiritur¹⁷⁾, an bene sit appellatum, an bene iudicatum. Consultationum¹⁸⁾ tempora observabantur per fatales dies, et primus fatalis dies erat sex mensium, plerumque secundus¹⁹⁾ et tertius et quartus singuli XXX dies habebant. Quod si IIII^{or} fatalibus diebus excederit, reperabuntur²⁰⁾ a principe tempora trium mensium. Ergo annus competeat ad examinandam et terminandam consultationem²¹⁾. Nova autem constitutione²²⁾ huic rei melius prospicitur, quia appellanti annus impertitur, intra quem secundum se communiterve litem exequatur; aut si iusta causa intervenierit²³⁾, alius annus indulgetur. Quo transacto lite non completa²⁴⁾, rata manet sententia appellatione cessante. Cum unus mensis superest ex²⁵⁾ biennio, licet victori ingredi, ut reus quaeratur; quo invento²⁶⁾ sive non, suas offerat²⁷⁾ allegationes, ut²⁸⁾ vel confirmetur vel rescindatur sententia, omni casu absente in expensis

1) V. om. non contra constitutionem. 2) P. Contra constitutiones. 3) V. om. vel. 4) P. honere. 5) P. om. quem. 6) V. om. pronuntiat. 7) V. om. non. 8) V. et. 9) V. iure. 10) P. quod. 11) P. fertur. 12) V. om. viva. 13) P. om. est. 14) P. sententia lata. 15) P. venerabili. 16) V. possessio. 17) V. distinguitur. 18) P. Consultationis a(n)tea. 19) P. et primus fatalis dies plerumque erat sex mensium. Secundus etc. 20) Sic V. — P. Quod si IIII duobus (sic!) fatalibus, qui appellaverint, exciderint, reperabuntur etc. 21) P. om. Ergo — consultationem. 22) P. intercesserit. 23) P. inpleta. 24) P. de. 25) P. text. corr. 26) P. asserat. 27) P. om. ut.

28) Nov. 49; cf. etiam Auth. Ei ad C. VII. 63. 2 et Wunderlich, pag. 23, n. 6.

condempnando. Neutro occurrente post secundum fatalem permanet sententia¹⁾.

§ Si quando in Egypto lata sententia vel in utraque Libia super summa²⁾ X librarum, auri³⁾ fuerit appellatum, non in hanc regiam urbem eam venire appellationem, sed ad praefectum Augustalem⁴⁾ non timentem aliam appellationem, constitutio⁵⁾ nova⁶⁾ decernit. Si in Asiana vel Pontica⁷⁾ diocesi, ad viros spectabiles, comites, proconsules, praetores vel moderatores⁸⁾ similiter sine appellationis spe, dei tamen⁹⁾ et legum timore coactos. In Oriente super eadem X librarum summa¹⁰⁾ lata sententia comes Orientis super appellatione disceptabit. Non tamen contra spectabilem ad alium spectabilem, sed¹¹⁾ ad praefectum, virum illustrem, cum viro excelso quaestore¹²⁾ cogniturum, appellationes diriguntur. A praesidibus vel aliis iudicibus a principe datis, si non sunt¹³⁾ spectabiles, de eadem¹⁴⁾ decem librarum auri¹⁵⁾ summa appellatio ad spectabiles refertur¹⁶⁾. Ab illustribus ad competentes iudices antiquo more appellationes referuntur, quod ex ipsa constitutione licebit¹⁷⁾ apertius. Postremo, si a delegato appellatum sit, is qui delegavit, super appellatione cognoscet¹⁸⁾.

§ Appellatione iure facta licebit appellatori nec non victori, novas allegationes in iudicium inducere¹⁹⁾ ac postea causam integre revocare²⁰⁾. Appellandi licentia omnibus fere patet. Nam homicidae, venefici, adulteri, item qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis convicti, testibus superati, voce propria vitium scelusque confessi, appellare non permittuntur. In eadem conditione sunt²¹⁾ contumaces, qui tribus edictis propositis vel uno pro tribus, quod peremptorium dicitur, litteris evocati, praesentiam sui facere contemnunt²²⁾. Quia qui ius dicenti non obtemperat, litis dampno coercetur Penam autem contumacis non patitur, quem adversa valetudo vel majoris causae occupatio defendit²³⁾. Sed nec ab executione²⁴⁾ appel-

1) P. Neutro occurrente rata manet sententia secundo fatali praeterito. 2) P. summam; om. super. 3) P. om. auri. 4) V. praefatum Augustalem (sic!) 5) P. ut. constitutio. 6) V. Si via siana (sic!) vel pontiana. 7) P. mandatores provinciae. 8) P. tantum. 9) V. om. librarum summa. 10) P. et. 11) V. om. quaestore. 12) P. text. corr. 13) P. lata sententia de eadem. 14) P. aurum. 15) P. referatur. 16) P. habit (sic! Wunderlich falso interpolat: patebit); om. constitutione. 17) P. om. appellatione cognoscet. (Wunderlich ibi textum confundit). 18) P. in iudicio afferre. 19) P. renovare. 20) P. om. conditione sunt. 21) Ed. Wunderlich pag. 25: contemniverunt (sic!). 22) V. om. qui tribus edictis — occupatio defendit. 23) P. excusatione.

24) Nov. 23, cc. 3-4.

latur, nisi modum executor excedat. Interdum iure facta appellatio post evanescit, si¹⁾ criminaliter condemnatus appellet et ita decedat crimenque morte extinguitur²⁾. Cessat itaque appellatio tunc propter rem, tunc³⁾ propter personam. Propter rem, quia sit contra ius sententia lata vel mercede venali⁴⁾, vel quia sit ad duumviratum⁵⁾ vocatus is, de quo per appellationem incertum fuerat⁶⁾, an iure⁷⁾ fuerit ad decurionatum vocatus; vel quia sit de⁸⁾ momentaria possessione⁹⁾ decretum. Propter personam, quia sit in criminibus¹⁰⁾ designatis convictus vel confessus, vel quia sit¹¹⁾ contumax, vel etiam quia praefectus praetorio¹²⁾ iudicaverat.

§¹³⁾ Judex, si depravatus¹⁴⁾ pretio vel gratia perperam iudicavit¹⁵⁾, vindictam non modo extimationis¹⁶⁾, verum etiam litis dispendium sustinebit. Si per inscientiam et imprudentiam male iudicavit¹⁷⁾, condemnabitur, quantum¹⁸⁾ videbitur aequum religioni iudicis iudicantis¹⁹⁾ de ea re²⁰⁾.

§ Vestri monitus ordinem per cetera prosequi optimum duximus (et) etiam de regulis iuris, quantum temporis oportunitas patitur, aliqua proferre. Qua in re rogo, quatinus videar munus imple(vi)sse amicitiae, etsi non videar satisfacisse doctrinae.

§ Est igitur regula, quae rem, quae est, breviter enarrat^{a)}. Nec ex regula ius sumitur, sed ex iure, quod est, regula fit.

¹⁾ P. *veluti si.* ²⁾ P. *extinguatur.* ³⁾ P. *tum propter rem, cum etc.* ⁴⁾ P. *venabili.* ⁵⁾ V. text. corr. (*ad ver.*) ⁶⁾ V. om. *fuerat.* ⁷⁾ V. om. *iure.* ⁸⁾ P. om. *de.* ⁹⁾ V. text. corr. (*post.*) ¹⁰⁾ P. *criminalibus.* ¹¹⁾ P. om. *quia sit.* ¹²⁾ P. *praetor.* ¹³⁾ V. ibi § non habet, sed propter tenorem et sensum textus Cod. P. in hac re sequendum putavi. ¹⁴⁾ P. *commotus.* ¹⁵⁾ P. *iudicaverit.* ¹⁶⁾ P. *aestimationis et famae.* ¹⁷⁾ P. *iudicaverit.* ¹⁸⁾ P. *quatenus.* ¹⁹⁾ V. *iudicati.* ²⁰⁾ P. *quatenus aequum iudicanti videbitur.*

^{a)} D. L. 17. 1. »Regula est, quae rem, quae est, breviter enarrat. Non ut ex regula ius sumatur, sed ex iure, quod est, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur et (ut ait Sabinus) quasi causae coniectio est, quae, simul cum in aliquo vitata est, perdit officium suum.« — Cf. Cod. ms. Francofurt. n. 127 (membr. miscell. in 2^o min. saec. XIII—XIV, folior. paginator. 91, pag. 151—177), pag. 151, man. saec. XIII ineunt. *Incipiunt regularum iuris comenta, quae bulgarinus iuris peritus ad cancelarium promulgavit* (Rubrica):

»Regula est brevis rerum narratio et quasi causae coniunctio. Prius itaque oportet res causasve esse quam coniunguntur. (Cod. Bambergensis Jur. 17 (D. I. 7), fol. 221^r. *Regula est igitur brevis rerum narratio et quasi causae coniunctio. Prius oportet itaque esse res causasve, quae coniunguntur, deinde ipsam coniunctionem etc.* Congruenter etiam, nonnullis textus variantibus exceptis, hic et infra Codd. Bambergenses Jur. 18 (D. I. 8), fol. 180^r et Jur. 19

Jura enim singularia prius edita sunt, post haec regula et quasi quaedam singulorum coniunctio disposita, ut haec: *actore non probante, qui convenitur optinet. Negantis factum per rerum naturam nulla est probatio.* His obloquitur haec alia: *Inopia probationum per iusiurandum deceditur*¹⁾. Interdum pro actore, non tamquam²⁾ pro reo ita fit, ut actor, qui non probat, optinere quidem tamen iureiurando valeat, scilicet inopia aliarum probationum, ut testium, instrumentorum, et cum³⁾ res per iusiurandum deceditur causa cognita et per hoc actor etiam non deficiens prorsus probatione, sed fidem iudici faciens iurando optineat. Praesertim cum sacramentum non tam loco probationis quam probatio dicitur; aequè reus interdum iurat, licet per naturam non contingat, ut probare cogatur, si tamen non tantum negat, sed etiam affirmat. Veluti cum negat numerationem, affirmat autem ob turpem causam emissam cautionem, et admittitur ad probationem. Quis miratur, reum debere iurare, cum videat, aliquem debere probare?

§ *Quod nullius in bonis est, occupanti conceditur.* At divinae res et sacrae religione et sanctae nullius in bonis sunt, hominum autem constitutione dei, ut ita dixerim, patrimonio ascriptae⁴⁾. Cum ergo dissimiliter ponatur *nullius* in propositione et assumptione, quippe in propositione excludit homines, sed deum in assumptione, homines tamen non contexerit silo-

(D. I. 9), fol. 224^r; necnon Ed. Paris. 1567 per Ant. Contium: Institutionum libri quatuor, Enchiridion, fol. 23^v sqq.) Sicut enim prius fuit unus homo quam populus, ita res et causae quasi singulae, deinde regula, quae est de singulis quasi collecta universitas. Ecce enim verbi gratia natura dictante statutum est, feras bestias, quae antea nullius fuerunt, occupantis fieri, sic volucres, sic pisces. Cumque in singulis hoc statutum prius fuisset, post in commune constitutum est, quatenus universa, quae nullius fuerunt, occupantum fiant. Cum regula in aliquo vitatur, perdit officium suum. Sunt enim diffinitiones in iure periculosae, ut infra habetur. Parum (corr. Rarum) est enim, ut subverti non possit, eique (quod) regulariter traditur, per exceptionem saepius contradicitur (ms. contradit., Ed. subtrahitur), ut in hoc exemplo: *Qui alieno iuri subiecti sunt, testamenti faciendi ius non habent.* Attamen filius familias miles de castrensibus rebus testum (sic! corr. testari) potest. Si ergo praedictam regulam ad militem filium familias porrigas, vitiatque perditque officium suum. Cum enim officium sit regulae, ut singula complectatur, quod autem excipitur, non complectatur, dici potest: et vitari et eius officium non exerceri; acsi per speciem vitatur genus, quoniam per speciem derogatur generi. Constat igitur, ex iure, quod prius est, in singulis regulam fieri, non ex regula ius sumi vel fieri, quia regula, ut diximus, continet [quid] id, quod est ius, non autem ipsa facit ius, sed ipsa fit per ius*.

¹⁾ V. *dedicitur.* ²⁾ V. sic! (*tamen*). ³⁾ V. sic! (*et cet.?*) ⁴⁾ V. *ascripta.*

gismus. Si dixeris, hereditarias res hereditate nondum adita nulli(us) neque hominis neque dei hominum censum¹⁾ in bonis esse et sic occupanti videri concedendas, respondere debet auctoritas, in hereditatis et sic in bonis defuncti esse. Quid ergo de homine libero? Non(ne) conceditur occupanti, quia nullius in bonis est? Sed de his enim regula loquitur: quae apta nata sunt humano usui et quaestui sive patrimonio. Homo vero sic natus est, ut occupet, non occupetur et quodlibet faciat, non serviat. Quod enim servit interdum de homine, dixi, non naturae, sed vitii et invasionis est, cum per naturam omnes homines liberi sint.

§ Concilia III (C. I. 1. 7 § 11) vim legum optinent eademque usuras prohibent, quod quoque infinitae leges perhibent, quae ex multis et necessariis causis usuras suadent. Respondeo: his ea suscepta, in quibus aliis legibus non sunt adversa regulariter. Cum quid contra leges fit, pro infecto ipso iure habeatur. Sed homicidium, furtum contra leges fiunt, non tamen quasi infecta neglecta sunt, sed durius coercenda. Respondeo: Quid²⁾ iuris effectum habet, ut contractus vel pactum, hoc, si contra ius fit, pro infecto habeatur. Filiusfamilias contra (ius) suscipit mutuum pecuniam. Mulier contra ius intercedit. Attamen non ipso iure irrita sunt, sed exceptione elidenda. Respondeo: secundum constituentis intentionem quaedam ita prohibentur, ut ipso iure non valeant, ut nuptiae cum commatre vel sorore. Quaedam ita vetantur, ut secundum effectum solummodo destituantur, de iuris tamen rigore teneant, ut superiora sunt C(oncilia). Quae mutuae datae sunt pecuniae petitioni et intercessioni non quidem assentiunt, non tamen omnino resistunt. Idem est in stipulatione, quam quis alteri stipulatur. Nam quia ius resistit, idcirco penali³⁾ in sua persona sequente convalescit.

§ De donatione inter virum et uxorem facta id legum ratio dictat, ut in illis casibus convalescat. Idemque de donatione facta in liberos a parente. Ergo quae servant perpetue perpetuam prohibitionis causam, ut nuptiae cum matre, ea neque valent neque valescunt. Quorum vero causa non est perpetua, ea, licet in praesentiarum non teneant⁴⁾, in futurum sortiuntur effectum, ut nuptiae in praesidem et eam, quae suae sit provinciae, cui se possit exhibere terribilem, quae magistratu deposito eadem, quae quondam nuptiarum affectione dimittere

¹⁾ V. sic! corr. *censura*. ²⁾ V. sic! scil. *Quidquid*. ³⁾ V. sic! (*lacuna?*).
⁴⁾ V. *teneatur*.

iure tenebit¹⁾. Sequitur alia regula: *cum quid contra legem factum est, ea etiam, quae ex eo vel ob id²⁾ subsequuntur, ut traditio, ut pignus, inutilia sunt*. His contrarium invenitur in alienatione praediorum minorum, quibus sine decreto vendentis³⁾ deficit alienatio. Pignorum tamen, quae curator pro evictione obligavit, suppositio tenet. Respondeo: Quaedam sunt prohibita, non tamen ita, quod aliquo modo non teneant⁴⁾, ut mutuum [quod] filiofamilias datum; quae alias interim non valent, sublata prohibitionis causa convalescunt. Sicut dicimus de nuptiis praesidis; quis contradicet videns valere subsecuta, cum ipsa principalia viribus sunt destituta? Est alia super eadem regula oppositio. Omnis turpitudine contra leges est. Ergo traditio non valet, acsi dominium non transferat. Turpitudine est verbi gratia, si rem meam commodatam sibi quis non redderit, nisi pretium pro hoc acceperit, quod eadem de causa condictione⁵⁾ ob turpem causam condico. Atqui rem suam nemo condicit. Quaeritur: per eam traditionem dominus esse desino? Respondeo: Si turpitudine insit traditioni, velut hoc modo, si rem commodatam vobis restituerit. Tunc, (cum) huius rei dominium ad vos pertineat, nulla traditio est, neque dominium transit. At si iure trado, licet rei turpis contemplatione, dominium transit. Consultitur autem repetitionis⁶⁾ aequitate per conditionem⁷⁾. Idem in stipulatione, ut si stipulationi per conditionis copulam insit turpitudine, non teneat ipso iure stipulatio. Si vero pure fiat, sed turpis rei contemplatione, teneat quidem stipulatio, sed aequitati consultitur per exceptionem, quia⁸⁾ non ad donationem factam a parentibus expedita procedit, ut si pater donavit filio tamquam extraneo, ab initio teneat donatio. Si vero ut filio donatur mera ratione, ut quasi filio bona paterna debeantur, nec ab initio tenet nec postea percipitur, sed aequaliter inter liberos dividitur, ut de collatione dictum invenio. Sed si filio donat ut filio, attamen de successione cogitat, factum quidem huiusmodi, quasi donet inter vivos, propositum tamen a summo iudicio non dissidet ideoque relictus iure percipitur, dummodo voluntas inmutata probetur, sicut in titulo familiae herciscundae reperitur.

§ *Feminae iudices esse non possunt nec postulare⁹⁾*, nisi pro se tantum, neque intercedere, nisi cum suum negotium gerunt,

¹⁾ *tenebunt?* (l. d.) corr. *dimitti iure tenebatur* et cf. C. V. 2. 1. ²⁾ V. *obit*.
³⁾ V. sic! (*venditis?*). ⁴⁾ V. *teneatur*. ⁵⁾ V. *quod eadem causa de conditione*.
⁶⁾ V. *repetitionis*. ⁷⁾ V. *conditionem*. ⁸⁾ Subintellige: *fringe, quia*.
⁹⁾ D. L. 17. 2. — Cf. Cod. Francofurt. 127, pag. 151. „*Feminae ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotae sunt*. Et ideo nec iudices esse possunt

ut cum intercedunt, nisi pro creditore suo nec pro curatore litigando, nisi causa cognita pro parente. Nam aliud mandatum recte suscipiunt.

§ *Eius est nolle, qui potest velle*^{a)}. Si ergo negotium [est] infantis utiliter gessero, etsi contradixit, tamen utcumque ipsum obligatum habeo, quia non fuit sufficiens contradictio. Nam nec velle, ut mandati agam, nec velle creditur, ut actione destituatur. *Velle non creditur, qui*¹⁾ *obsequitur imperio patris vel domini*^{b)}. Sie tamen filius, licet coactus, uxorem duxerit, maluisse et per hoc velle videtur. Sed si coactus hereditatem adiit, post repudians nullum incommodum sustinebit, quasi nunquam voluerit. Similiter in servo. Nam si coactus deliquit, periturus²⁾ si non paruisset, in se, tamquam noluerit³⁾, nulla iactura ledetur. Non idem in delictis atrocioribus. *Jus (nostrum) non patietur, eundem pro parte testari, pro parte ab initio in-*

quasi ordinarii, ut praeses, praetor, nec magistratum municipalem gerere, quae duo sunt officia publica, quorum per hoc (ms. sic! — quoniam per haec?) rei publicae principaliter prospicitur, nec pro alio postulare possunt. Nam pro se vel forte pro ceteris personis vel pro liberis, fratre, sorore postulabunt; nec pro alio intervenire possunt; nec procuratores existunt, pro parentibus tamen agunt, si forte parentes morbus aut aetas impediatur nec quemquam, qui agat, habent. Haec autem tibi (sic! corr. tria) exempla sunt civilium officiorum. Sicut autem pro parentibus agere possunt, sic filiorum tutelam interdum iure deposcunt. A testimonio quoque (Ed. quandoque) leges non eas depellunt, dum tamen in ultimis voluntatibus earum testimonium non admittatur. Item impubes omnibus officiis civilibus, sed et publicis debet abstinere, tributatum tamen numeri (corr. numerorum) adipisci iure potest (Ed. ut C. de militar. test. l. ult. — C. VI. 21. 18).

1) V. quod. 2) V. pariturus. 3) V. voluerit.

a) D. L. 17. 3. — Cf. Cod. Francofurt. 127, pag. 151. „*Eius est nolle, qui potest velle*, hoc est: ei patet licentia nolendi, qui habet potestatem volendi. Potestatem autem volendi non habet, qui potest cogi, ut velit, qualis est filius, servus, perituri (ms. pertinere), si non fecissent, quod imperatur. Cum ergo coguntur, nolle non permittuntur. Inde est, cum servus, filius delatam sibi hereditatem compellantur velle adire, non permittuntur ms. permittantur) nolle. Similiter dominum defendere coguntur; defensionem negligere non permittuntur. Sin autem hominem occidere vel iniuriam facere dominus vel pater iubeat, hoc non compellunt(ur) velle, immo permittuntur et imperantur nolle. Ea igitur, quae atrociora sunt, et velle et non velle possunt. Similiter ex novo iure filius familias delatam sibi hereditatem recusante patre potest adire, patre eam cupiente potest spernere; et hoc nolle et velle potest ex aequitate potius quam de iuris rigore. — Ibid. pag. 152 seq. *In negotiis contrahendis alia est causa* etc. (D. L. 17. 5). *Non vult heres esse, qui ad alium* etc. (D. L. 17. 6). b) D. L. 17. 4.

testatum decedere^{a)}, nisi sit miles, qui (de) solis castrensibus testari potest, cum¹⁾ et de aliis possit dici, si sui inveniantur iuris, vel non possit, si in potestate (alterius) deprehendantur²⁾. Namque privatus, licet de semisse quem institueret, totum assem in semisse conclusit. Sed qui de omnibus testatus est in initio, pro parte post intestatus efficitur, cum heres institutus alterorum intercedentium querelam inofficii³⁾ alterum superavit, ab altero superatus abierit.

§ *In obscuris quod minimum est sequimur*^{b)}. Nam si interlocutus est iudex, vim me fecisse, cum forte publica vis vel

1) V. sic! corr. quod. 2) V. deprehendatur. 3) V. sic! scil. querela inofficiosi testamenti.

a) D. L. 17. 7. — Ed. l. c. n. VII. *Jus nostrum non patitur* etc. Inc. *Nemo pro parte testatus* etc. — Cf. Cod. Francofurt. 127, pag. 152. „*Jus nostrum non patitur* etc. Nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedit, quia (si) de semisse quem instituunt, de alio semisse neminem, totus [h]as in semisse continetur, de toto itaque testatus intelligitur. Ex post facto autem contingit, aliquem pro parte intestatum fieri. Sicut si institutus duobus intendentibus querelam alterum superavit, ab altero victus fuerit. Miles quoque et ab initio pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest.

Ibid. seq. „*Jura sanguinis* etc. (D. L. 17. 8). Sanguinis, id est cognationis iura quasi naturalia nullo iure civili, ut emancipatione, adoptione, tolli possunt. Naturalem enim rationem civilis ratio corrumpere non potest. Annationis (sic! corr. agnationis) vero iura, sicut et patria potestas, quae sunt civilia iura, alio civili jure, adoptione, emancipatione tolli possunt. Cum enim adoptionem contingit tantum agnatio, non etiam cognatio, consequens est, ut adoptione non tollatur pristina cognatio. Sunt quaedam tamen civilia iura, ut maxima et media capitis deminutio, quae etiam iura cognationis tollunt.

b) D. L. 17. 9. — Cf. Cod. Francofurt. 127, pag. 152. „*Semper in obscuris id, quod minimum est, sequimur*. Cum enim quis reus defertur legis Juliae vis publica(e) et (sic! corr. vel) privatae, si iudex pronuntiaverit: *vim tu fecisti*, minor lex, id est lex Julia vis privatae sequenda est. Sed in sententiis arbitratorum, quorum primus condemnavit in XV, secundus in X, tertius in V, minori summae statur, id est V. Patet igitur, dictum hoc esse de obscuris verbis iudicis vel arbitri. Nam venditori (ms. venditori) [et] obscura verba nocent, sicut et stipulatori, in quorum fuit potestate, (legem) apertius dicere. Si autem, cum causa agitur, obscura verba ab auctore ponantur, id quod utilius est, accipiendum est, id est, ut actor potius credatur quam reo, hoc est: id, quod actor senserit, petitum videatur. Alioquin semper negabit se reus consensisse.

Ibid. seq. pag. 152—56. *Secundum naturam est, commoda cuiusque rei* etc. (D. L. 17. 10). *In testamentis plenius voluntates testantium* etc. (ibid. l. 12). *Non videtur cepisse, qui per exceptionem* etc. (ibid. l. 13). *In omnibus obligationibus, in quibus dies* etc. (ibid. l. 14). *Qui (actionem) habet ad rem recuperandam* etc. (ibid. l. 15). *Cum tempus in testamento adicitur* etc. (ibid. l. 17). *Quae legata mortuis nobis* etc. (ibid. l. 18). *Qui cum alio contrahit* etc. (ibid. l. 19). *Non solet doli exceptio nocere his* etc. (ibid. l. 19 § 1). *Quotiens dubia*

privata adversus me intenderetur, minor vis, (id est) privata erit sequenda. Sic, si ex tribus iudiciis unus in XV, alius in X, alius in V condemnavit, minorem summam in V ¹⁾ sequimur. *Nec ex praetorio nec ex sollemni iure*^{a)}, id est civili, privatorum conventionem quicquam immutatur. Quia successor iure civili sive praetorio emancipatus suo pacto a successione non erit alienus, sicut et ille, cui actio competit furti manifesti de iure praetorio, nec manifesti de civili iure, de praetorio se paciscendo non acturum, ab actione non se fecit alienum, si tamen actionem tam competentem remisit aut ipso iure adversarium ut furem liberavit aut exceptionem minuit.

§ *Quod in initio vitiosum est, tractu temporis non (potest) convalescere*^{b)}, ut legatum servo heredis relictum. Licet enim

est libertatis interpretatio etc. (ibid. l. 20). *Non debet, cui plus [est] licet* etc. (ibid. l. 21). *Generaliter probandum est* etc. (ibid. l. 22 § 1). *Contractus quidam dolum recipiunt* etc. (ibid. l. 23). *Quatinus cuius intersit, in facto* etc. (ibid. l. 24). *Plus cautionis est in res[m]* etc. (ibid. l. 25). *Qui potest invitis aliquibus* etc. (ibid. l. 26).

¹⁾ V. sic! scil. *id est in V.*

^{a)} D. L. 17. 27. Cf. Cod. Francofurt. 127, pag. 155. „*Nec ex praetorio nec ex sollemni iure* privatorum conventionem quicquam immutandum est etc. Accusationum quaedam de iure sollemni, id est civili, quaedam de iure praetorio emanant. De iure civile, ut furti non manifesti, de iure praetorio, ut actio furti manifesti, vi bonorum raptorum, iniuriarum. Si ergo paciscor, ne furti nec manifesti agam, si facies, de sollemni iure aliquid mutare cogitavi, sed non potui, quemadmodum si paciscor, ne furti manifesti, ne vi bonorum raptorum agam, de praetorio scilicet iure nichil inmutavi. Forma enim publici iuris, quod exigit maleficia coherceri nullumque ad delinquendum invitari, pactis privatorum velli non debet. Plane si pactus sum post admissa haec, ne furti iam facti neve iniuriarum factarum agam. Causae obligationum possunt inmutari et tolli, aut ipso iure, ut iniuriarum et furti actiones, aut exceptione, ut legis Aquiliae et vi bonorum raptorum et aliae similes. Actionum ergo competitendarum (sic!) modus lege vel praetore introductus privatorum pactionibus non infirmatur, quia contra eam pactionem versatur praetoris imperium. Actionibus iam competentibus privata pactione resistit, quia cuique licet, suo iuri, hoc est iam sibi competenti, renuntiare pactione facta sive ante exordium causae sive ingressu iudicii». Ibid. seq. *Divus Pius rescripsit, eos qui* etc. (D. L. 17. 28).

^{b)} D. L. 17. 29; cf. etiam ibid. l. 210, necnon Cod. Francofurt. 127, pag. 156. „*Quod initio vitiosum est, non potest* tractu temporis convalescere. Si enim dominus heres instituitur, legatum pure relictum eius domini servo convalescere non potest, licet diutius vivente testatore exierit de heredis potestate. Hoc itaque ad testamentum vel aliam ultimam voluntatem pertinet, non ad contractum, qui certi potest temporis continu[ti]atione firmari». Ibid. seq. *Nuptias non concubitus, sed consensus* etc. (D. L. 17. 30). *Verum est, neque pacta* etc. (ibid. l. 31). *Quod attinet ad ius civile* etc. (ibid. l. 32) et aliae leges sequentes

vivente testatore manumittatur et ille etiam non mutata voluntate moriatur, legatum non percipit. Nam quod ab initio vitiosum, tractu temporis non convalescit. Secus¹⁾ est in contractibus; re aliena obligata sive distracta inutiliter in initio, usucapionibus vel praescriptionibus sequente (tempore) convalescit venditio et pignorat²⁾.

usque ad finem tituli, pag. 177. *Servus rei publicae causa abesse non potest* (ibid. l. 211). Expl. *Illam autem praetendere non permittitur, si servum rei publicae causa abesse dicatur, ut in D. t. si quis cautionibus iudicio sisti promiserit* (sic! — corr. *si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis non obtemperaverit*), — ut etiam habent Codd. Bambergenses Jur. 17 (fol. 228^v), 18 (fol. 185^r), 19 (fol. 230^v) et Ed. Enchiridion (fol. 57^v) — *l. si quis servum in iudicio sisti promiserit* etc. (D. II. 11. 7).

¹⁾ V. *Sed cus* (vel *cuius*). ²⁾ Hic expl. textus codicis V.